

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologica

Ex Sacris Scriptvris, Conciliorvm Pontificvmqve Decretis, Et Sanctorvm
Patrvm Ac Doctorum Placitis Expressa ; In qua, quidquid tum ad fidei
mysteria sanè ac rectè intelligenda, & ab erroribus quibusvis secernenda,
tum ad sacramenta debitè conficienda & ministranda, tum ad actiones
humanas iuxta ...

Abelly, Louis

Coloniæ Agrippinæ, 1658

II. Quodnam sit obiectum scientiæ diuinæ, seu quasnam res Deus
cognoscat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38954

Scientia Dei (vt dictum est, sit eius substantia, & illa sive
nica & simplicissima, ac in se omnino immutabilis, sequi-
tur, vt & cetera scientia eius idem omnino dicte debeat: vnde
S. Aug. lib. de Ciuit. cap. 10. explicans, quo sensu in scri-
ptura spiritus diuinæ intelligentiæ dicatur multiplex, cœ-
terum (inquit) dicitur est in Scripturis sanctis Spiritus Sapientiæ
multiplex, eo quod multa in se habeat; sed qua habet, hoc & ip-
se ea omnia unus est; neque enim multæ, sed una sapientia est
in qua immensi quidam sunt atque infiniti rerum intelligibilium
thesauri: & Petrus Damianus Opusc. 36. cap. 7. Deo (in-
quit) nec nouum aliquid penitus accedit, nec aliquid ab eoque
temporis momenta recedit; sed nec diuersis obtutibus diuersa con-
siderat, ut, cum intendit præteritus, vacet a presentibus vel fu-
turus; vel rursus, cum præsencia siue futura considerat, oculori
præteritis auertat, sed uno duntaxat ac simplici præsentissimi
maiestatis intuitu simul omnia comprehendit, neque hoc confun-
dique inexplicari, sed omnia discernit, ac iuxta proprietatem suam
quaque distinguit.

SECTIO II.

*Quoniam sit obiectum Scientiæ Divinae, seu
quasnam res Deus cognoscat.*

Certum est 1. Deum se per suam essentiam perfectissime
intelligere & cognoscere. Quae sunt Dei (inquit
Apostolus 1. Cor. 2.) nemo cognovit, nisi Spiritus Dei,
qui in ipso est. Et certè, si Deus aliquid intelligit & cognos-
cit, vt certissimum est, nullum excellentius nec dignius
habere potest obiectum intelligentiæ ac cognitionis suæ
quam seipsum, vt per se patet.

Certum est 2. Deum se non solùm perfectissimè intel-
ligere, sed etiam comprehendere. Id patet ex citato Apo-
stoli loco, ubi dicitur, quod Spiritus Dei scrutatur omnia,
etiam profunda Dei. Id etiam probat S. Thom. 1. p. q. 14.
a. 3. ex eo quod Deus tam perfectè cognoscit se ipsum,
quam est in se cognoscibilis; quia tanta est virtus Dei in
cognoscendo.

cognoscendo, quanta est cius actualitas in existendo; unde sequitur, quod se comprehendit: rem enim aliquam comprehendere, nihil est aliud, quam il'am tam perfecte cognoscere, quam est cognoscibilis.

Certum est 3. Deum cognoscere omnes alias res à se distinctas, non tantum yniuersim & in genere, sed etiam signatim & in particulari. Hoc evidenter constat ex scriptura: Iob. 28. *Ipse fines mundi insuetus: & omnia, qua sub caelo sunt, respicit: Ps. 49. Mea sunt omnes feræ syluarum, instrumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli. Præsertim verò testantur scripturæ Deum distinctè cognoscere actiones, verba, cogitationes vniuersiusque hominum. Ps. 138. Domine, probasti me, & cognovisti me, &c. intellexisti cogitationes meas de longe, &c. Iob. 31. Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dumerat? Hebr. 4. Tertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, &c. & non est illa creatura inuisibilis in conspectu eius, &c.*

Probatur insuper eadem veritas ex eo, quod nihil est omnino in rebus creatis, ad cuius productionem & conservationem Deus ut causa prima concurrere non debeat; unde sequitur nihil esse omnino, quod Deus perfecte non cognoscet: ut enim ait S. August. lib. 5. de Gen. ad litt. c. 15. Sufficere debet, ut quisque nouerit, vel inconcuse credat, quod Deus hac omnia fecerit; non enim opinor eum esse tam excordem, ut Deum, quem non nouerat, fecisse arbitretur.

Et quamvis ea ratio non probet Deum cognoscere peccata, cum sint priuationes potius quam entia, nec ad ea, ut formaliter peccata sunt, Deus ylo modo concurrit; constat tamen ex varijs scripturæ locis illa distincte à Deo cognosci, quounque tandem modo illa cognoscatur. Ps. 68. *Delicta mea à te non sunt abscondita: & Ps. 50. Malum coram te feci. Ps. 138. Imperfictum meum viderunt oculi tui.*

Certum est 4. Deum res omnes cognoscere, non tantum cum sunt actu existentes, sed etiam antequam existant. Dan. 13. *Deus eterne, qui nosti omnia, antequam sint.* Eccli. 42. *Cognovit Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum*

signum eius, annuntians, quæ preterierunt, & quæ superuentur sunt: vnde S. Aug. lib. 5. de ciuit. cap. 9. optimè dixit confessari esse Deum, & negare præsum futurorum, apertissima in-
fania est.

Certum est denique cognitionem Dei extendere se ad illas etiam res, quæ nunquam existent, & quæ sunt pun-
possibles; cum enim se perfectè comprehendat (vt di-
ctum est) nec possit causa aliqua perfectè comprehendendi
quoniam cognoscantur effectus omnes ab illa producibilis;
hinc sequitur Deum cognoscere omnia, quæ ab omnipo-
tentia sua tanquam à causa effectrice dimanare possunt;
vnde dicitur Rom. 4. quod vocat ea, quæ non sunt, tanquam
ea, quæ sunt.

Qum igitur hæc certa sint & indubitatè fide tenenda,
duo sunt, quæ aliquam difficultatem recipiunt; primum
est, quomodo Deus cognoscat futura contingentia; secun-
dum, an etiam cognoscat futura conditionata. Et de his
in sequentibus sectionibus agetur.

SECTIO III.

Quomodo Deus cognoscat futura contingentia.

Questio præsertim intelligenda est de actionibus liberi-
beris creaturarum rationabilium, quæ ideo dicun-
tur futurae contingentes, quod non pendeant à cau-
sis necessarijs, sed liberis & indeterminatis, & pro illarum
libito possint esse vel non esse.

Huius autem questionis difficultas in duobus consi-
dit. Primum est, quomodo infallibilitas & certitudo di-
uinæ cognitionis, cum illarum rerum contingentia, sub-
sistere valeat: secundum, quomodo libertas & indifferen-
tia creaturarum rationabilium, à quibus pendent eius-
modi effectus contingentes, cum infallibilitate & certi-
tudine diuinæ præscientiæ possit concordari. Pro quorum
resolutione

Dicere